

ut sibi a suis fidelibus digne ac laudabiliter serviatur, bene laboran|tibus multo maiora tribuat quam valeant promereri, desiderantes tamen reddere domino populum acceptabilem, bono|rum operum sectatorem, fideles Christi ad complacendum sibi quibusdam allectivis muneribus indulgenciis videlicet incitamus, ut ex hiis reddantur divine gracie aptiores. Cum igitur fratres heremitarum ordinis sancti Augustini novam ecclesiam seu 5 novum claustum edificare incipiant in civitate Grimmensi Merseburgensis dyocesis et cum tale opus sine fidelium elemosinis nequaquam consummare valeant, omnibus vere penitentibus et confessis, qui manum adiutricem porrexerint vel elemosinas suas largiti fuerint ad edificacionem seu perfectionem predicti operis, quadraginta dies criminalium peccaminum de iniuncta penitencia misericorditer relaxamus. Preterea universis orthodoxis ipso- 10 rum sermones seu \*predicaciones\*) audientibus de iniuncta similiter penitencia viginti dies criminalium peccaminum dei omnipotentis pietate confisi auctoritate qua fungimur relaxamus. Datum Wrzin anno domini m° cc° xc° in die sancti Bartholomei apostoli pontificatus nostri anno vicesimo quarto.

(S.)

15

158.

1290.

*Hdschr.: Aus dem Inventariumbuch der closter yn der sequestracion zue Sachsen, Meissen und Voynlaunt gehörigk über alle yre privilegien und brieff zc. 1541, Ernestin. Gesamtarchiv Weimar Reg. Oo pag. 792 No. 834; die Urkunde selbst ist verloren gegangen.*

*Ann.: Vergl. Lorenz Grimma 57.*

20

*Ein lateinischer brieff des anfangs In nomine domini amen, in welchem brive der apt zur Zecelle einen hoeff zue Grym mit seiner zugehorung und gerthen, auch einen hoeff, do ethwan ein mohel auff gestanden, dem closter umb l° XL margk Freibergisch silber verkaufft anno domini XII° XC. Doneben noch ein brieff bemelthe betzalung belangennde, 25 mit dem buchstabern D.*

159.

*Das Jungfrauenkloster in Geringswalde nimmt die Augustiner zu Grimma in die Gemeinschaft aller seiner guten Werke auf.*

**Geringswalde, 1291 Juli 7.**

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1355. Das am Rande beschädigte S. des Convents an Pergamentstreifen.*

*Geogr.: Dreßdener gelehrte Anzeigen 1783, 177 f. Dippoldt Landschule zu Grimme 40.*

Io[hannes] dei gratia prepositus, C. priorissa totusque conventus sanctimonialium in Gerungeswalde | viris religiosis priori omnibusque confratribus in Grimmis morantibus salutem in domino sem|piternam. Pro pio vestre devotionis affectu et [quia] ordinem 35 nostrum diligitis, omnium missarum orationum | ieiuniorum vigiliarum castigationum